

EXERCITATIO PHYSIOLOGICA,
SCIAGRAPHIAM

14

C E R E B R I H U M A N I

Exhibens ;

Quam

Permittente Ampl. Acad. Aboënsis
Senatu Philosophico,

P RÆS I D E

V I R O C E L E B E R R I M O

M. PETRO HAHN,

Phys. Profes. Publ.

nee non

Regiæ Universit. Bibliothecario,

Ipsò die Gregorii, horisque consuetis, A. 1698.

(quod felix faustumque sit !)

Sub incudem publici examinis revocare constituit

JOHANNES J. SIDBECKIUS,

Aboâ - Finlandus.

ABOÆ, Excidit Jo. L. Wallius.

S. R. M.^{TIS}

SUMMÆ FIDEI VIRO,

Per Finlandiam EPISCOPO

Eminentissimo,

Acad. Ab. PRO. CANCELLARIO

Magnificentissimo,

Nec non PRÆSIDI Confessus

Ecclesiastici Gravissimo,

Reverendissimo in CHRISTO

Patri ac Domino,

DN. JOHANNI
GEZELIO, J.F.

S. S. Theologiæ DOCTORI

Famigeratissimo,

DOMINO ac MÆCENATI

meo

Optimo. Maximo.

FELICITATEM & ANNOS!

GEZELI amœnum Thejolo-
gum Decus
Amorque nostrum maxime Fin-
nonum

Salve, vige, flore, vireque
Flore, vigore, virore summo!
Sic nempe mentis strenuitas Tuæ
Efflagitat: sic ipsa necessitas
Exposcit: ut nobis diurnes
Nosq; Tua arte juvesq; & ornes.
Sic hactenus Te sensimus eximium,
Atque eminentem Judicio gravi:
Seit Sueca gens, Aboa Clarum
Eusebies Sophiesque Solem.
Seit C A R O L U S Te, scit patria-
inclusa:
Quæ vidit altis dotibus Ingeni,
Clero Verendo quæ gerenda
Dicere, quæq; Scholæ Magistris.
Qvod

Qvod ergo nobiscum Pietas viret
Quod nostra sumo flore Academia
Ad surgit : immensumque in
ævum

Nomina per populos itura :
Quod nos decori gloria perpetis
Felicitè cingit : quod in omnibus
Lætamur oris : & quod omni
Splendidior facies refulget,
Id nos JEHOVÆ Maximo & Op-
timo ;

Id nos perenni pectore CAROLO
Arctoo Atlanti : Orbisque A-
mori ;

Idq; Tibi damus O PATRONE.

Hinc gratulamur plausibus omnibus
Hinc Patriæ, quæ munere Cælico
Te gaudet : & Tuū juvamen
Fœnore perpetuo experitur.

GE.

GEZELI amœnum Theologum

Decus

Amorque nostrum maxime Fin-
nonum

Salve, vige, flore, vireque
Flore, vigore, virore summo!

*ceu uobet ex imo
pectore perpetuè*

REVER. TUÆ PATERNITATIS,

Obsequentiissimus servus

Joh. SIDBECKIUS.

Plurimum Reverendis atq; Clarissimis,
de Rep. literaria optime meritis,
VIRIS ac DOMINIS,

Mag. ISAACO PZSEMANN/
LL. Orient. Prof. Ord. Celeberrimo.

Mag. JOHANNI RUNGIO,
S.S.Th.Prof.Extraord. rite designato.

Mag. ELIÆ WOI VALENIO,
Præp. & Past. Eccl. Dei in Särnåki
fidelissimo.

Mag. ABRAHAMO THURONIO,
Pastori in Rimittö dignissimo.

Mag. LAURENTIO GEZELIO,
Vice-Pastori in Wôro vigilantissimo.

Ut studiorum meorum Moderatoribus
in Scholâ Cath. quæ ad Aurâ est, non itâ
pridem optimis; ita jam Promotoribus,
Evergetis atq; Fautoribus pio affectu
& omni officio perpetim colendis!

PROSPERITATEM!

Phœbus obscura licet udus imbre;
Non tamen clara spoliatus ulli
Luce dicetur: quia sudus alto
Splendet Olympo.

Nonne sub canâ positus favilla
Lucidus nobis nequit emicare
Ignis? at ille ipse agitatus intus
Ardet & urit.

Non recordari Benefacta Vestra
Non queo, tardo memorata plectro,
Dotibus rari, meritisque Clari,
Euge, Magistri.

Dona quæ defert Helicone sacro
Palladis Cultor, studiosus idem
Nominis Vestri, facie serenâ
Suscipitote.

O DEUS magni Moderator Orbis,
Cuncta qui cernis radiis Ocelli,
Hos velut CEDROS facito virere
Omne per ævum!

*Pl. Reverendis, Clarissimisque Nomi-
nibus Vestrīs*

addictissimus

JOH. SIDBECKIUS,

Doctrinā moribusque ornatissime
DN. JOHANNES SIDBECK,
Amice dilecte :

Nulla omnino licet in corpore humano pars sit, quæ stupendam Creatoris non arguat Sapientiam, omnium tamen maxime Animæ Palatium seu Mentis Aulam CEREBRUM id facere, cunctorum, quibus vel propriis illud perlustrare oculis manibusque, vel aliorum de eo videre licuit judicia, unanimis & concors est consensus. Sive enim ipsam structuram, sive situm, sive partes denique earumq; usum & effectum intueamur, nihil nisi excellentiam spirat & majestatem. Hinc tot apud Authores invenire est ejus Epitheta, elogia & encomia: Hinc tot curiosorum circa illius explicationem vigilie & labores : tot Eruditorum de illo in lucem missi tractatus : tot denique circa partium usum sententiarum divertia. Quæ omnia ante oculos ponens, percepto Te, præstantissime Domine, hanc præ aliis pro Eruditionis Specimine dando ele-

elegisse materiam, de feliciore successu tantum non, ut dicam quod sensi, desperare incepi. Verum quemadmodum nihil tam altè constituit natura, quò virtus non possit eniti, laborque improbus omnia vincit, sic perspe-
cio postmodùm intimius ingenii tui acu-
mine haud vulgari, cum laudabili curio-
state & ardore difficultia quævis penetrandi,
bono animo esse capi spemque fovere haud
leuem Te iis ducibus eo usque in intricata
& sublimi hac materia enodanda progres-
surum, quò juveni unquam progredi liceat.
Quod si factum fuerit, de quo non dubito,
quid sibi ulterius à tua industria pollicean-
tur Musæ facile est judicatu. Ut itaque
Tibi raram ingenii indolem & in multiplici
studiorum genere insignes progressus, ita &
Societati literariæ Civem in Te conspicuum
gratulor. Perge tantum & non siste intem-
pestivè gradum, nec talentum effode, sed il-
lud auge: honores meritos laboribusq; digna
præmia non denegaturam tibi esse Patriam
spondeo. Vale! Deproperab. d. 4. Martii.

Tibi bene cupiens
LAUR. BRAUN,
h. t. PRO-RECTOR.

Ad elegantioris ingenii, eximiæque spei Ju-
venem, Præstantissimum Literatumq;
DN. JOHANNEM SIDBECKIUM,
Aboensem:

Non sine judicio, & ex levitate ali-
qua, videris hoc argumentum de
Cerebro humano elaborandum, ac
publica Disputatione ventilandum sus-
cepisse: quippe cuius accurata conside-
ratio cum insigni utilitate conjuncta est.
id. Nam, si secundum Anatomicos, homo ut
irrh. plurimū duplo plus cerebri habet, quam
rat. bos, nempe ad librarum quatror vel
.3. quinqꝫ pondus, h. e. octuplum cerebri ad
.3. regendum æqvale pondus membrorum;
præsertim cum corporis humani medio-
cris pondus, quartam partem ponderis
corporis bovini, eâ ratione non superet,
quid aliud disparitate hac inculcatur o-
stenditurqꝫ, quam hominem ope virium
Cerebri, res, quas lensibus percipit, di-
ligentius multò ponderare, easque inter-
se conterre ac perpendere, quantū quæ-
libet vel singulis hominibus, vel pluribus,
prodeste nocere ne possit, quam cætera a-
nimantia? quomodo vice versa, & ex-
peri-

perientia, & fide peritorum satis constat,
homines qui fatui fuerunt, non tam à
vitio aliquo cerebri, quam ab ejusdem
exigua mole id habuisse; animantia bru-
ta porro, quo quæque majore abundant
copia cerebri; eo propius ad ingenium
hominis accedere. Sed omitto in præ-
sentiarum plures usus Cerebri recensere,
in quibus tane ad prosecutionem veri
boniç maximi, maxima pars felicitatis
humanæ consistit; cum illos, alisque ad
hanc materiam pertinentia, absque du-
bio, Disputatione tua complexus es, & ex-
plicuisti. Quare tibi de felicitate ingenii
tui potius, quod innocentia ac morum
probitas insigniter ornant commendantç
gratulor; & indefessam juxta tuam in
studiis elegantioribus diligentiam, quam
hoc specimen satis superque declarat,
collaudio. Macte esto hac constantia mo-
rumq; probitate, ut quantocius studio-
rum cursu absoluto, eadem cum insigni
fructu ac commodo in Reipubl. utilita-
tem convertere possis. Vale! scrib. P.P.
Aboæ 25. Febr. 1698.

T. S.

MATTHIAS SUEDER.

In Dissertationem

DE CEREBRO,

*Elegantis literaturæ ac optimæ
spei Juvenis,*

DN. JOHANNIS SID-
BECKII,

Amici sincerè dilecti.

TAM bene quum CEREBRI
mysteria mira revelas,
Divite Te CEREBRO non ca-
ruisse doces.

*Festinato epigrammate sed
affectione duraturo
ludeb.*

TORST. RUDEEN.

Πάντες δι Αλεξανδρίας πεὶ τὰς ἐλευθερίας
τεχνας, καλῶς ποιάστο καὶ Φαῦλον ἔχον
ἐκ Πηγαινῆστο. Οὐδὲν ἄνθετο ἀκολυθεῖ ὁ καρπός;
Ἔπειτα δέ τις ἡ Νική τύχη μὴν ἀνάλωθε,
συκοφαντίας δὲ σκάφα φάιρεθε, νόσῳ ἀδιάφορος,
καὶ γῆρας ἀλύμανθε. Ορθῶς δὲν Στ Φίδες
Νικει, τῆς Φύσεως μείζων ἐντυχίας, ἐκ δὲ τοῖς
τῆς ψαυτικής σπηλαῖοις λαζανοῖς, ἀλλὰ τοῖς κα-
λοῖς Πηγηδεύμασιν ὅλως σε δύναμι, καίγε δέ τας
τῆς Βίας πάντην τὴν ὁδὸν πορευθεῖς, δέετεκνον καὶ
βραχεῖον αὐτῆς, πιμὸς, γυνησίως λαβεῖν προήρε.
Οὐ, πὰν ἐμόντι εἶτι, συγχαίρω σοι τὰς σὺ Μάσσας
περικοπὰς, ἃς τῇδε τὸ δεῖγμά σου πεθεῖ τῇ Εὔκε-
φάλᾳ Φυσιολογικὸν πᾶσι Φανερῷς ποιεῖ, ἐν-
χόμενος, ἵνα ἀὶ σπαδάρι σου, ἃς μακάρελος μέ-
χε τῇ νῦν μετεχάρεσσις, τῇ τῇ Θεῶν ὄνόματος
δοξῇ, σκηλησίας καὶ πολιτείας ὀικοδομῆς, καίγε
μὴν ιδίᾳ ὀφελείᾳ ἐυπρεπείᾳ τε ἀφεύγοτα περι-
ῆκώσιν. Ἐρρώσσο!

Φιλίας ἔνεκα γέγονος

JOHANNES GEZELIUS. f. F.
Nepos.

Die Flügel-schnelle Zeit ist nimmer
nicht gegeben/
Auff das wir Menschen hier in
unsern Leben-Zeit/
Nach faulen Müßigang und eitler
Eitelkeit/
Nach Geld und stolzer Pracht/ nach
falschen Lüsten streben.
Die nicht allein den Leib/ die Seel auch
dabeneben/
Versetzen in Gefahr/ in harten Kampf
und Streit/
Die uns wie starckes Gifft zu tödten
sind bereit/
Und dem Gemüthe stets wie Vogel-Leim
ankleben.
Ich sag/ daß liebe Zeit soll immer seyn
verpfändet/
Mit dem uns nützlich ist: wie der
Her SIEBECK thut,
Der übt gar fleißiglich mit Weisheit
seinen muht/
Und also seine Zeit in allen wohl an-
wändet.

ERICH GYLDENBERG.

LECTORI SALUTEM!

Non sum nescius, Erudite
Lector, nihil nisi polite, con-
cinne & cogitatè dictum de-
beri publice & luci: r deri quoq;
qui chordà semper oberrat
éadem: felicissimi solum inge-
nij conatus adplausum mereri. Cui judicio
mentis meæ cogitata divulgando repugnare
noluisse, si Musa ore dedisset rotundore loqui.
Nihil novi inuenire potui: inventis tamen
impertiri lucem alaboravi. Dignius verò argu-
mentum, in quo tenues tenuissimi ingenij
vires exercerem, se non obtutit mibi tyrocinium
studiorum deposituro, quam præsens hoc,
Doctrina nimirum de Cerebro Humano Phy-
siologica. Mysteria namq; Naturæ multa no-
uisse, notitia vero sui ipsius carere, unanimi
Eruditorum consensu cuivis infamiam accerse-
re judicavi. Multi multa sciunt, etiam ultima
Thules sive expetunt, imo, quod mireris, co-
gnitione sui ipsius vel superficiaria vel plane
nullâ imbuti, Rerum, quas Universi Parens
Natura industriae humanae denegatas voluisse
widetur, mirâ flagrant sciendi cupiditate.

Quo ipso facto non aliud quidquam mani-
festius ingeniorum diversitatem prodit. Scili-
cer: aliena laudantur, sua etiam si digniora
laude, cuiq; ferdent. Hec mecum expendens,
quod præfiscine dixerim, non potui non ani-
mum ad scribendum appellere & materiam
substratam exactiori mentis scrutinio subiucere.
Methodo & modo philosophandi in augusta
hac Mararum sede recepto usus sum. Id
saltim me male habet, quod absente sculptore
Effigiem Cerebri Humani apponere non
licauerit; sed resarcient damnum exp. Anato-
micorum, cœ: Willisijs, Malpigbij, Bartholini
curæ, quas studiose juventutis manibus teri-
constat; oleum quoq; & operam perdi certum
fuisse, cum inventis Doctorum nihil addere
calluisse rudit Minerva. Atq; ea sunt, C. L.
qua de instituto nostro te scire volebam. Tuum
erit labori conatibusq; meis pro animi tui
candore favere, ac studio tuomeam in majo-
ribus posthac audiendis atq; suscipiendis dili-
gentiam promovere. Reliquum est, ut manus
operi admoveamus. Mentem itaq; nostram,
dispulsis insciciæ tenebris, illuminet JEHOVA
IUSTITIAE SOL.



Σκιαγραφίας

CEREBRI HUMANI SECTIO I. ΘΕΩΡΕΜΑΤΙΚΗ. MEMBRUM I.

In envelopanda cum Definitione Nominis,
tum Rei occupabitur.

§. I.



UNDUM ab ornatu, elegantia & pulchritudine, quæ consistit in partium delectabili varietate, ordinataque dispositione, ab soluta plenitudine, & indissolubili connexione & constancia, sic dictum, inq; absoluti orbis speciem admirandâ opificis sapientiâ congregatum, jure sapientiores plus quam satis admirari, nemo quisquam ibit inficias. Animantium autem in eadem natura, nullius propè partis contemplatione inferior censeretur. At omni-

um admirationem novissima HOMINIS
compago structuraque insigniter præcellit.

Homi- Quem propterea ut Opus Creatoris O. M.
nis E- nobilissimum, variis variis Elogiorum ge-
pithe- netibus ornare studuerunt: in his ve-
ta. teres sapientiae Proceres, ceu Pythagoras
ipsum μέτρον ἀπάντων: Plato θαῦμα θαυ-
μάτων: elii μικρόσημον, Naturæ He-
roa & Delicias nuncuparunt, permo-
ti ad hoc faciendum eximiam Homini
præ reliquis animantibus dignitate,
quam ei parit non Rationis usus modo,
sed & admiranda corporis structura: in
In ma- qvâ Caput (qvod à capiendo dicitur secun-
china dum nonnullos, qvia omnes sensus capit,
C. H. e- & qvæcunq; ad Facultatem animalem fa-
minet ciunt) Regiam Cerebri consilio suo sapien-
Caput. tissimo eminere voluit Naturæ Plastes. Ut
enim Arces & Propugnacula in urbibus
splendide extactis editiore tumulo pa-
fita conspicuntur; ita etiam Caput in fa-
brica Corporis Humani excelsiore loco
exactissimæ summetus causa dignum vi-
sum fuit.

§. II.

Defini- More apud Veteres recepto, Scholæ præ-
tio liminaria evoluturis tria venient expone-
den-

denda (α) Οὐοναγεῖα, quæ vocum ori- Nomi-
ginationes monstrabit, quæs ut aliarum; ita nis ab-
& Cerebri deductiones ἐπιμολογίας studio- solvitur
sis suppeditat satura lance in hisce pec- tribus
spicacissimus G. J. Wossius in Lex. Ety. 1. Ety-
mol. ut & Beccmannus in de Origine molu-
L. L. nostro evadedamquever, quod ajuat, dēcēn ḡia.
nolumus. (β) Πολυομία, non de nihilo
Errorum facunda Genitrix dicta, quam
enucleaturi ex adversariis cognoscimus
vocem Cerebri esse ēκ τῶν πολλωνῶς λε-
γομένων, ne igitur cerebro nostro mole-
stiam pariat, sciendum illam non uno
modo à Philosophis & Medicis sumi; ali-
as enim posteriori sui parti cerebello: ali-
as Interiori sive Medulla contradistin-
gvitur: alias & cerebrum & medullam
cum membranis, glandulis, venis & ar-
teriis complectitur; qui significatus nostri
instituti est. (γ) Ισοδυραψία, cui id ne- 3. Syno-
gotii datum, ut Synonyma indicet: Sed nymia.
cum vox disputationi subiecta iis labo-
ret, laborantis vices obibunt Epitheta,
quibus passim apud Philosophos insigni-
tur: nimirum sensuum Arx, ſpirituum ani-
malium officina, sapientia, Memoria, Ju-
dicii & Cogitationum Domicilium nec in-
juria salutatur.

2. Ho-
mony-
mia.

§. III.

Defini- His ita prælibatis, ipsa natura *Cer-*
tio Rei rebri Humanæ altius indaganda est, qvo
sc. cere- in negotio feliciori pede arbitramur nos
bri Hu- non progredi posse, quam ut id describere
mani. conemur, præcipue cum ὀρεσμὸς, teste A.
Lib. 1. ristotele, γνωρισμὸς τῆς θείας sit. Quo
Post. consilio descriptionem *Cerebri Humanæ*
Anal. è Physicorum scriptis erutam; cùsamque
6. 3. hujusmodi exhibemus: Cerebrum Hu-
 manum est pars corporis princi-
 palis, glandulolo-fibrosa, albicans,
 in gyris circumvoluta, & à Menin-
 gibus in cranii cavitate circumda-
 ta, pluribus arteriis quam venis
 gaudens, à DEO & Natura è subti-
 lissimo seri flore conformata, ut sit
 sensuum & Rationis sedes, Spir-
 tuum animalium Officina, & Ner-
 vorum Origo.

§. IV.

Missâ præ studio brevitatis conce-
 ptuum convenientiæ & disconvenientiæ a-
 nalsi, causas obiter designabimus: cum
 felix jure meritoque censeatur, qui po-
 tuit Rerum cognoscere causas, easque nos-
 foli

solida sit sapientia, ignorare vero demen- Exe. Pb.
tia. Res enim ipse, verba sunt Cl. Sper- p. m. 10.
lingii, ignorantur, ignoratis earum causis.

Sunt autem quatuor causarum genera.

Prima, ut loquamur verbis Seneca, est ipsa Lib. 1.
materia, sine qua nihil potest effici. Secun- Ep. 65.
da, Opifex. *Tertia Forma*, quae unicui-
que res imponitur, tanquam statue. Hanc
Aristoteles eidem vocat. *Quarta* quoque
his accedit, propositum totius operis. Plu-
ribus egregium ejus super hanc re discur-
sum perseqvi vetat instituti ratio. Ut igitur Causa
tur ab Opifice ordiamur, tenendum Cau. Efficientiam Efficientem Primam & Universalem ens Illo
Cerebri Humani esse DEUM, qui ut Hominis niver-
minis omniumque aliorum membrorum; salis.
ita quoque Cerebri conditor & forma-
tor est. Job. 10. v. 8. *Causa particularis* est Parti-
Homo: hinc Homo dicitur generare to- eniaris
tum Hominem cum omnibus suis parti-
bus. *Causa Proxima*: Anima Humana,
qua per vim πλαστικην est Archireattrix Proxi-
sui Domicilii, organorumque omnium, per ma.
qua operationes suas exercet. *Causa Ma- Materialis Remora* ut aliorum viscerum; ita et risalis
tiam Cerebri est subtilissimus seri flos: *vetus Remo-*
enim & ab omnibus concessum est axioma: ta.

isdem nutrimur, ex quibus constamus.
Quod autem sero nutriamur pluribus probari potest argumentis. Primo: enim mandent omnes partes sero. Secundo: super igne etiam calore mediocri congelatur serum in gelatinosam seu glutinosam offam, per quam suam alendi aptitudinem prodit. Tertio: ejusmodi nutrimento in utero adsuescimus. Quarto: sanguis animalium juniorum majorem seri & gelatinæ hujus nutritiæ portionem involvit, quam verustiorum. Quinto: fame enectorum sanguis succo hoc gelatinoso destituitur.

Veterū sententia super Materiam Cerebri dicunt esse purissimam seminis & spirituum partem, quæ in formatione fœtus in Cerebrum cedret. Sed vacillat eorum sententia: cum in semine, censentibus Physiologis locupletissimis, particulae aliæ aliis puriores vel impuriores non sint. Hinc puto cerebrum vel viscus aliquod aliud non posse dici ex puriore aliqua seminis portione formari quam cætera viscera. Nec spiritus possunt dici cerebri materia, cum vix in Homine detur aliquis spiritus, voce spiritus in hoc videlicet significatu sumpta, præter unum animalem, hic autem non nutrit corpus, aliud enim illius officium.

Veterū sententia super Materiam Cerebri dicunt esse purissimam seminis & spirituum partem, quæ in formatione fœtus in Cerebrum cedret. Sed vacillat eorum sententia: cum in semine, censentibus Physiologis locupletissimis, particulae aliæ aliis puriores vel impuriores non sint. Hinc puto cerebrum vel viscus aliquod aliud non posse dici ex puriore aliqua seminis portione formari quam cætera viscera. Nec spiritus possunt dici cerebri materia, cum vix in Homine detur aliquis spiritus, voce spiritus in hoc videlicet significatu sumpta, præter unum animalem, hic autem non nutrit corpus, aliud enim illius officium.

Propinquia vero: Substantia illa mollis, Causa albicans & glandulosa, cum membranis, propinquen- venis & arteriis, ex quibus cerebrum con- quia.

§. V.

Forma Interna & Essentialis non est diversa à forma specifica Hominis, quæ hominem cum omnibus suis partibus, ex quibus integratur, informat; quæ partes dicuntur quidem habere suas formas, verum partiales unius totalis, sub qua unum quid sunt, inter se vero multa. Sunt quippe sub eadem forma non tantum species, sed tantum partes, quæ accidentaliter modo; utpote viribus, dispositiōnibus, aliisque accidentibus modis inter se distinguntur. Nam ut unius finis multi & varii intermedii sunt; ita unius animæ multæ sunt operationes, multæ actiones specie differentes, & consequenter multa organa atque membra, vid. subtilitatum Magister Scaliger. Haec forme partiales non sunt essentialiter distinctæ in composito, sed una est anima hominis, quæ ipsa & non alia sub inadequata informatione concepta, quatenus jungitur materiæ, v. c. cordis, Hepatis, cerebri &c. forma partialis nunquam

*Causa
forma-
lis.*

*Exe.
cccxl.*

*Oper.
Pbil.*

*nun-
cupa.*

p. m. 30. cupatur. Vide sis Scheibl. *Finis univer-*
Causa salis & communis est gloria DEI: omnia
Finalia propter unum illud Ens sunt, quod non
est propter aliud. Proprius & adæqua-
tus: ut sit sensuum sedes, spirituum a-
nimalium ἐργασίον & Nervorum O-
rigo. Hinc sit, ut cerebro compressio aut
vulneratio, læsa pia matre, vel collapsus
eius ventriculis, aut usus rationis tolla-
tur, aut sensu motuque privetur, aut
prositus intereat homo.

§ VI.

Affectiones cerebri obiter discussis, operæ pre-
 tium nos facturos arbitramur, si *Affec-*
tiones cerebri, svadente dissertationis œ-
 conomia, exponamus. qvarum prima est
Magnitudo, qvæ cum plurimis collata bru-
 tis ut mole totius humani corporis; ita
Cerebri qvoqve conspicua est; *cerebrum*
In Inst. l. 3. c. 1. namqve *humanum*, teste Bartholino, di-
 dia sui parte *Bovinum superat*. Plus ce-
 rebri est Homini, quam brutis & stupi-
Ovis. dis animalibus datum, quia Homo est
lib. 1. *Sanctius his animal, mentisq; capaci-
 Metam. alæ,*
F. 2. Magis videlicet *animalibus actionibus*,
 quam reliqua *animalia* occupatum, &
 propere maxime *Spirituum animalium*
copit

copiam indiget, qui non nisi e multâ ma-
teria & in amplio loco generari possunt.
Secunda est *Figura*, quæ quam proxime II. Fi-
accedit ad rotunditatem, receptaculo suo *gura*.
Calvariae congruens. Cæterum *externus*
cerebrum dembris membranis anfra-
ctuosum est, intestinorum gyris non ab-
simile; idque eo sine ut facile moveri que-
at, & ne *vasa* per cerebrum *discurrentia*
in aliud eis motu rumpantur, præser-
tim in *plenilunio*, cum enim cerebrum in
calvaria maxime turgere Barthol. adfir- *ibidem*
mat, quod verissimum videtur, cum I.3 c. 3.
secundum sententiam Astrologorum *Lue-*
na cerebro maxime præsit, & humores ad
Luna Quartus insigniter variari manife-
ste testetur *Experientia*. *Intrinsicus* est
cavernis sive cavitatibus plenum. *Tertia* III. Co-
est Color, qui in exteriori parte ob *se- lor.*
nuißima vasa, cineraceus vel sufflavus ap-
paret; pars vero interior magis alba est,
quem colorem non tam à frigore, ut
Barth. existimat, quam à matre traxis- *cite. lo-*
se videtur. *Quarta* est Mollitas, quæ co-
quidem satis magna est, non tamen tanta, IV. Mol-
litat difficit, sed mediocris atque *speciebus* & *lites*.
imaginibus rerum suo modo conveniens.
Quinta est Motus, cerebrum enim non V. Mo-

tus. secus ac eorū dilatatione & constrictione
continuò movetur, ut in vulneratis ac re-
cens natis videre est. *Sanguis* enim a
corde eō appulsus dilatat cerebrum. Nā
arteriæ omnes, uti notum est, gaudent
Systole & *Diastole*, cum aurem cerebri
substantia sit mollior, hinc sit quod una
cum arteriis, quæ hic in maxima copia
adsunt, dilatetur & subsideat. *Sexta* est

vi. Si- situs, a quo cerebri nobilitas non parum
tus. elucet, est enim a DEO in suprema cor-
poris parte tanquam in arte collocatum,
ihique tanto munimentorum præsidio
vallatum, ut non nisi ab insigni injuria
vii. stru- lædi possit. *Septima* est structura ejus
etura. admiranda, quæ in partium varietate, di-
positione, figurâ &c. consistit, de quibus se-
quente Membro (οὐ Θεῷ) agendum.
His addunt nonnulli *Temperamentum*, ē
quatror qualitatibus Elementaribus ortum.

M E M B R U M I I.

Partes & Adjuncta Cerebri Humani
circumcisâ breuij, Verborū serie delineabit.

S. I.

Cere- **C**erebrum obtegitur *Cranio*, quod in
brum **T**res Suturas dividitur; quarum pri-
obtegitz ma *Coronalis* per transversam capitis li-
neam,

nam, ab una aure procedit versus alteram
 craniam, os frontis annexans reliquo corpori. *um,*
 Secunda *Sagittalis* dicitur, quæ secundum quod
 longitudinem capitis procedens connectit tribus
 duo ossa verticis. Tertia λαυθοδιδης constat
 (a figura græcæ literæ λ ita dicta,) a suturis.
 posteriori parte ab una aure ascendens ad
 finem futuræ sagittalis, rursus deflecti-
 tur ad alteram aurem in formam literæ
 λ. & os occipitis annexit reliquo cor-
 pori. Harum usus primus est; ut fuli-
 gines libere transpirent, hinc qui capita
 habent absque suturis, cephalæa infstan-
 tur. Secundus: ut iis pia mater suspen-
 datur, ne interiores cerebri partes com-
 primantur. Tertius: ne unius ossis fra-
 dura alteri communicetur. Præterea
 partibus etiam propriis continentibus ve-
 stitur, quæ sunt membranæ due, qua-
 rum una *dura mater* vel meninx, altera
pia mater dicitur. *Dura* meninx est
 membrana exterior, dura, cuticularis, su-
 pra *piam* cranio alligata, cerebrum cino-
 gens & undique muniens. Hac detrahe-
 conspicua est *pia mater*, quæ est mem-
 brana tenuissima, proximum & immedia-
 tum cerebri velamen, non exteriorem
 modo ejus superficiem regens, sed in pe-

cur Te- *nitiores* ejus recessus quoque pervadens,
nus *Tenuis* autem constructa est, cum ut in
 omnes cerebri *sinus* se insinuet, cum
 nè gravitate & pondere cerebro sit mo-
 lesta, tum denique ut *vasa* per univer-
 sum cerebri corpus deducat. Cæterum
Cerebri totum cerebri corpus in duas dividitur
Divisio. partes, in *Anteriorrem* & *Posteriorem*. An-
 terior propter magnitudinem totius no-
 men retinet, & propriè ἔγκεΦαλον dici-
 tur, *cerebrum*. Posterior παρεγκεΦαλίς
cerebellum vocatur, qvod videtur natura
 in anterioris subsidium fabricasse, ut scilicet
 transmissam à cerebri sinibus co-
 piam spirituum animalium conservaret, &
 spinali medullæ adoptaret.

§. II

Sinus Nec prætereundum est duram ma-
 dura trem *sinus* quosdam multiplicatione sua
 matris, constitvere, quas alii qvia *sanguine* re-
 ferti sunt, *sanguiductus*, alii duræ mem-
 branæ ventriculos vocant, suntque po-
 tissimum quatror. Recentiores tamen a-
 liqvando quinqve, altqvando plures ob-
 latera- servarunt. Primi duo laterales majores
 des duo. appellati, ad basin occipitis secundum
 torcularis & futuræ lambdoidis latera
 dura meningे formantur, ubi etiam va-

venis jugularibus junguntur, in quas sanguinem dilutiorem ab arteriolis acceptum refundunt. Hi ad lambdoidis summam progressi, tertium constituant longissimum ad summos usque nares pertingentem, qui fractus vel aliqua de causa debiscens magnam vim sanguinis per nares demittit. Et ad distinctionem eius, qui interdum in interiori falcis pars superste reperitur, *Falx superior* nominatur. *or.*
Quartus sinus circà priorum concursus *Sinus* oritur, pergitque inter *centrum & cerebellum* ad glandulam Pinealem. *Usus horum sinuum* creditur esse, ut nimirum *Senes* fint sanguinis superflui, cerebro ab arteriis *carotidibus* communicati, receperint. *Med p. p. l. c. 3.*

§. III

Sub Falce *corpus callosum* conspicitur, quod portio quædam est medullæ *callosæ cerebri*, solidiori substantia constans, nè sumptius *ventriculus* huic suppositus, cerebri mole prematur. Corpus hoc callosum alia cerebri portio excipit, *Fornix* & *Testudo* dicta, figura triangulari invertite supra tertium ventriculum sita, & tribus quasi columnis, duabus à postica

stica, una ab antica parte instar pontis vel *fornicis* suffulta, ad tertii ventriculi incolumitatem. Inter Fornicem & ventriculos cerebri cernitur utrinque plexus quidam venarum & arteriarum tenuium, *choroëides* vel *reticulares* appellati, quorum usus est præparationi & generationi spirituum animalium inservire.

§. I V.

Ventri. *Ventriculi* in cerebro quatuor encyclops merati solent, tres in medulla cerebri; *rebrei.* quartus inter cerebrum & medullam dorsalem. Ventriculorum, qui in cerebri media superiore formantur, duos superiores vocant, quod reliquos supereminere videantur: magnitudo his satis ampla, figura semicircularis, alii lunæ falcatae, alii soleæ ferreae, alii auriculae humanæ, ad similant; Anfractuosi præterea sunt, lubrici, & tenui meninge vestiti. Hi ad latera callosi corporis positi inferius dirimuntur interstitio quodam tenui & rugoso, quod septum lucidum appellant, eo quod tensum, pellucidum fiat. Tertius medium medullæ cerebri occupat, quem duo illi superiores, in communem cavitatem coeuntes constituant. In tertio hoc ventriculo duo foramina sive meatus reperi-

Septū
lucidū.

periuntur: anterior per *infundibulum*
 dicit ad *glandulam pituitariam*; alter
 sub naribus abit in *ventriculum cerebelli*.
Uſus horum ventriculorum quibusdam Uſus.
 creditur is esse, ut excrements recipiant,
 eaque ad glandem pituitariam per infun-
 dibulum dimittant, ut postea per nares
 vel palatum expurgentur. *Glandula au-*
tem ista pituitaria in cellula quadam os-
sis sphenoidis sive basilaris posita est, ex
qua canalis in tertium ventriculum ten-
dens, infundibulum & pelvis dicitur. Ce-
rebrei basi iobsternitur Rete mirabile, aliis
plexus retiformis, quod est arteriarum
carotidum artificiosa atque mirabilis com-
plicatio, retium multiplicatorum formam
referens, unde & nomen sortitum est.
Et videtur Rete mirabile hoc consilio à
*natura factum esse, ut *sanguis* è corde*
allatus in ejus anfractibus diutius retentus
*alteretur, & ad *Spiritum animalium**
generationem aptior reddatur.

Rete
mira-
bile.

§. V.

Cum ad posteriora Cerebri paulò
 progredimur, *particula spinalis medullæ*
 se offert, quæ ad quatuor fere digitos trans-
 versos intra cranium attollitur, cuius
substantia aliquanto quam cerebri durior
atque

atque solidior est. *Radices* sive processus habet *quatuor*, duos ab anteriore parte cerebro adhaerentes, quos quidam *Testes* vocant, & duos à parte sui posteriore cum cerebello conjunctos, qui *nates* à figura, quam repræsentant, dicuntur. Ex originibus sive radicibus istis constituitur *medulla illa oblongata*, in qua est nobis-

Quar- lissima quædam cavitas, quæ quartus ce-
tus ven- rebri *ventriculus vulgo* vocari solet: qui-
tricu- dam cerebelli, quidam medullæ ventricu-
lus. lum, quidam ob formam *calatum* fer-
ptorium nominant. Partem hujus ventri-
culi constituit *cerebellum*, ita ut sit com-
munis quædam medullæ & cerebelli ca-
vitas, cujus tamen potior pars in medulla
Glan- existit. Inter Testes, de quibus paulò ante-
dula diximus, *glandula* quædam subloci co-
Pineo- loris conspicitur, inferiens vasis per ce-
bus. rebrum dispersis. In inferiore occipitis
parte sub cerebro inter crura sua utræ lamb-
doidis *cerebellum* latitat, dura meningi-

Cere- a cerebro discriminatum, estque ejusdem
bellum. cum eo naturæ. Partibus constat dua-
Proces- dus: *dextra* & *sinistra*, duosque proce-
sus ver- sus, habet, *vermiformes* dictos, quia multi
mifor- exilibus & orbicularibus voluminibus
com-

complicati, vermium speciem referunt, qui cum versus medullæ cavitatem protuberent, eam ne à cerebro prematur, munient. Atque hæc de partium Cerebri structura leviter differuisse, habitâ instituti ratione, mihi sat esto; Accurata enim earum cognitio ex àvælia haurienda est. Conf. interim Magnum illud Daniæ Lumen Th. BARTHOLINUS in Anatomia sua Reformata. BLANCARD. Anat. Pract. DIEMERBROCKII Anat. part. I. c. 6. KYPRI Inst. Med. I. v. c. 2, STRAUSII Palæstra Med. p. m. 76. Et quia instar omnium erit WILLISIUS in Oper. suorum Med. lib. 7. c. 3.

§. VI.

Hicce expositis, seqvuntur I. *Cognata*; *Cognata* suntque ea, quæ cum cerebro peculiarem & Cenaturæ convenientiam habent, & singulari rebri, vi nervos & cerebrum roborandi, spiritus, que formandi pollut, propterea à Medicis *Cephalica* vocantur, suntque vel ca- lefacentia & siccantia (hæc enim ita conjungere placet, quia calor & siccitas, frigus & humor in intemperiei morbis se invicem conseqvi sapissime solent) ut: *Castoreum* naribus inspiratum, me-

*lissa, peonia, herba paralytis sive primula veris, quæ sensus omnes & memoriam roboret, strobas Arabica, quæ vitam quasi nervis præbet, *Salvia, serpentum, tiliæ flores, viscus quercinus* &c. vel frigescientia & humectantia, ut: *Borrago, Buglossus, lactuca, lac mulevis capiti illitum, Nymphaeæ flores, papaver, rose, viole, satices & vites folia**

Lib. v. &c. de quibus SENNERTUS in Inst. Med. 2. Pa. 2. Pugnantia sive contraria, quæ sunt gnan- primo morbi intemperiei in unius vel sis. plurim qualitatum primariatum excessu & Morbi consistentes, idque sine materia h. c. va- Intem- poris sive humoris cujusdam conjuncti- periei. one, ut: dolor ex solis effus, vel calido & cœre contraditus, aut ex nimia corporis evacuatione proveniens. Vel cum mate- ria, ut: erapula, dolor ex fumo carbonum &c. Vel totius substantia, ut: vene- na oculata & specifica vi cerebro noxia, v. c. Aconitum, cicuta, hyoscyamus, napit- dus, sanguis humanus potus, sanguis mensbraus, sanguis & cerebrum felis, vi- num fulmine calum, virus caninum, umi- bra taxi &c. quò etiam refertur vapor Lib. i. venenosus epilepsiam excitans. Vid. idem p. i. in Med. Pract. Deinde Morbi Organici,

qui in partium conformatio-
nis, numeri, 2. Morbi
magnitudinis & compositionis viciose Orga-
norum, ut: Theritis virtuosa capitis f. nici,
gura, scorpius in cerebro Itali cuiusdam
ex odoratu basilio herbae norus, co-
ratum & meatuum obstrunctiones &c. Ter. 3. Morbi
sunt Morbi soluta unitatis, ut: Vulnera, soluta
punctura, contusiones, ruptures &c. qui unita-
bus addi possunt & sensuum interno-
rum symptomata v. c. Supor gravis, le-
thargus, Paralyticus, incabus, Epilepsia
&c. Plura petantur ex Medicis.

SECTIO II. ZHTHTIKH.
Cæptam Exercitatiois nostræ telam,
quæstionem unam alteramque
exhibendo, pertexet.

*Q. I. An Cerebrum sit sensuum & Ra-
tionis sedes?*

Sensus nihil aliud sunt quam vires ani-
males, quibus animal certo corporis or-
gano objectum sensible per species recipit &
djudicat. Dividuntur autem in Interna-
ores & Exteriores. Illi sunt, qui intè
cranium in cerebro sua exequuntur mu-
nia, nec habent organa extrinsecos po-
tita, sicut exteriores, quorum organa o-
mnia sunt extra cerebri, sed tamen à

Quid
Sensus?
Quo-
modo
dipi-
dun-
tur?

cerebro. Differunt igitur hi ab illis, Pri-
 mò ex parte organorum eo modo, quo
 modo dictum est. Secundò respectu objectorum.
 Namque externi tantum percipiunt res
 præsentes, easque extra se positas. Sed
 sensus interni 1. cognoscunt etiam res absentes,
 Int: & ut memoria, ab aliis Famula & Ministera
 Excer. Phantasia dicta. 2. Formant sibi meti ipsi spe-
 cies, ut Phantasia. Tertio: discriminem est in
 ordine agendi. Nam si quid cognoscunt
 sensus interiores de præsentibus objectis,
 cum cognoscunt illud mediantibus exter-
 nis, qui innumerantur quinque: visus, au-
 ditus, olfactus, Gustus & Tactus. Qui
 omnes conferri possunt vel in origine,
 vel in fine, vel in necessitate, vel in nobis-
 litate. Primò, qvà Originem sciendum,
 quod omnes dependeant à Cerebro, ut
 Medici docent, non autem à corde, ut
 Aristotelici: Nam nulla potest fieri sen-
 satio sine spiritu animali; at spiritus ani-
 malis vehitur per nervos, qvi à cerebro
 progrediuntur. Quod autem sine spiritu
 animali non possit fieri sensatio, id in-
 dè patet; qvia quam primum illi inhiben-
 tur, ut non influant in sensoria, tum cel-
 sent actiones sensuum exteriorum, sicut
 evenit in somno, in quo obstruitur via, pe-

qvan-

quam *spiritus* illi commeant. Deinde quod
nervi oriuntur à cerebro, sic probatur:
1. Indè organon derivari debet, undè
facultas manat; sed facultas animalis si-
vè leditiva oritur a cerebro. Eo enim
obstructo vel malè affecto, ipsa tollitur
vel inhibetur. Ergo etiam organum, quod
est *nervus*, indè oritur. 2. docet nos hoc
ipsum *Anatomia Corporis Humani*. Si
de principio & organo non remoto, sed
proximo queratur, omnino concedendum
est, ait *Celeberrimus SENNERTUS*, actiones
bas in cerebro & à cerebro exerceri; quod
tum alia docent, tum hoc, quod laeso ce-
rebro, & actiones leduntur, & quod in
curatione non cordi, sed cerebro remedia
applicantur. Ex his jam deciditur con-
troversia de communi sensorio: Quod-
nam dicendum sit *Commune sensorium*?
Nam si cerebrum ministrat sensibus ex-
terioribus virtutem sive spiritum anima-
lem per nervos a cerebro vel spinali me-
dulla, quæ cerebro conjuncta est, pro-
gredientes, certè conseqvitur Cerebrum
commune illud *sensorium* dicendum esse.
De Fine sensuum exteriorum dicam bre-
viter, quod dati sint ad conservationem
animalis. Oderatus ad juvandum cere-
brum,

in Epit.
Scient.Nat. p.
m. 300.

brum, spiritusque in eo reficiendos. Auditus ad disciplinam & communionem societatis. Tactus ad corpus forinsecus; gustus ad corpus intus conservandum. Ipsam sensuum necessitatem & nobilitatem consultò prætereo; cum neminem fugiat sensus sapientiae fundamenta esse; itur ad eam λόγῳ καὶ πείσῃ, ratione & experientia. Utramque juvant sensus. Nihil adit mentem nisi per sensus, ait Cl. SPEKL. Intellectui per sensus imprimuntur imagines, juxta quas judicat. Unde receptum illud: *Nihil est in intellectu, quod non prius fuit in sensu.* Et experientia omnis sensuum iudicio nititur. Multa enim ejusdem rei memoria, unius experientia vim efficiunt, dicente Aristotele. Fit autem sensatio in cerebro hoc modo: Statim ac objecti impressio in sensorio excipitur, seu spiritus animales nervorum agitationem ab extra impressam patiuntur, hi commoti alios intra Cerebri medullam substantiam undulantes, successivè quidem, sine sensibilitatem mora exagitant, n. e. eo ipso dum, uti vulgo loquuntur, character seu species rei sensibilis in aliis organum excipitur, ad sensorium primum defertur, ubi altera & activa magis sensatio

in Zool.
suâ p.
28.

in lib.
de Sen-
su.

Modus
Sensa-
tionis.

factio*nis* transeuntis pars, quam *sensum*
 communem vocamus, supervenit, ejus-
 demque unam ab altera distingvit, non
 ut cerebro, aut nervorum principio in-
 harentem, sed ut illi corporis parti, ubi
 prima *impressio* facta, & undē illa spiri-
 tuum *succus*so*lio* cāpit, inexistentem. Pa-
 tet igitur e dictis tres esse gradus seu a-
 dus sentiendi, quorum primus est com-
 motio organi Corporei ab externis obje-
 ctis excitata, & ope nervorum tenuibus
 constantium fibrillis ad sensus interioris
 organum perducta. Secundus est Animæ
 perceptio, quæ immediate consequitur
 ex eo, quod organo sic commoto, con-
 juncta & permixta sit. Tertius denique
 gradus continet illa iudicia, quæ percep-
 tionem animæ excipiunt. Alii ad sen-
 sationem requiri dicunt hæc quatuor:
 1. *Animam sensitivam.* 2. *Organum.* 3. *Ob-*
jectum. 4. *Species Vid. Cl. SPERL,* quæ ra-
 tione res eodem recidit. Quod autem Ce-
 rebrum *Rationis Sedes* sit, editis manife-
 stis esse credo, cum *Ratio* nihil aliud
 sit, quam usus facultatis Cognoscētis,
 quapropter etiam id habita operationum
 nobilissimarum ratione, περικατεδεξιαν
 Animæ esse non pauci constanter adse-
 runt;

Tres
 gradus
 seu a-
 dus
 sen-
 ti-
 endi.

in Zool.
 sua

Sente*re*
 ria quo*c*
 rundæ

runt;

de sede runt; licet pro Antesignano suo Aristotele strenuos agent *magisculis*, Viri toto Orbe Doctissimi, ceu ZABARELLA in de Part. Animæ. PICCOLOM. in de Sede Animæ. BARTHOLINUS & alii; e recentioribus etiam Pet. DAN. HUETTIUS in sua Cens. Phil. Cartes. J. A. OSIANDER in Coll. suo Anti-Cartesiano, & qui nobis hac in re ferias fecit Plur. Reverendus & Clarissimus M. JOH. RUNGIUS, S. Theol. Prof. Extra-Ord. Gamaliel meus æternum devenerandus, in edecumato suo Opere de Præcipua sede Animæ in Homine. Nobis in assertenda propositæ quæstionis veritate opūlīφηφοι sunt ARISTOTELES in lib. τετραδίων καὶ τὰς αἰθητῶν. SENNERTUS. SPERLING. SCARFFIUS. KIPPING. DEUSING. in diatribe de functionibus sensuum, & eximium illud Lipsiensium Decus Joh. BOHNUS in Circulo suo Anatomico.

Q. II. An Cerebrum sit officina Spirituum animalium?

Cf. Sperling. *V*arias Varii tradunt divisiones partium Corporis Humani, quarum antiquissima illa est, qua μόρια dividuntur in ἕπαρτε, ἕπαρτε, ἕπαρτε καὶ ὄγκωτε, contin-

nentia, contenta & impetum facientia, seu *spiritus*
*in sepe à, vix ex nō teneat, solidā, hu- Physicæ
 mida & spirituosa. In ore omnium etiam lib. 2.
 est divisio partium in *Nobiles* seu prin- c. 1.
 cipales, & *Ignobiles* seu minus principa- Divisio
 les. Pars nobilis ac principalis est, qvæ corpo-
 facultatis alicujus primariæ fides est, *ris Hu-*
caterisqve partibus aliqvid transmittit mani.
 Tales sunt tres: Cor, Epate & Cerebrum.
 E corde funduntur *spiritus vitales*, ex
 Epate *naturales*, è cerebro *animales*. In
 corde habitat *facultas vitalis*, in epate
naturales, in Cerebro *animalis*. Sunt *Idem in*
 autem *Spiritus* nihil aliud, quam corpora Zool.
 subtilissima, maximè mobilia, potissima Phys. c.
 animæ ad actiones obeundas instrumen- 4 p. 139
 ta. Etqve *spiritus* alias *insitus*, alias *Quid*
influenſ. *Insitus* est, qvi cum ipso semi- *spiritu*
 ne communicatur, indeqve partibus con- *tus?*
 tinentibus implantatur, primum animæ *Eorum*
 & corporis vinculum. *Influenſ* est, qvi *divisio*
 in corpore perfecto generatur, & per va-
 sa sua in membra omnia distribuitur, ad
spiritus insiti instaurationem & animalis
 operationes. *Dividitur* in *naturalem*, *vi-*
talem & *animalem*. *Naturalis* est, uti *Spiri-*
verbo innauimus, qvi in hepate ex purio- *tus Na-*
 re *angvine* generatur, indeqve per venas rurales*

in totum corpus distribuitur, ad naturales actiones edendas. Vitalis est, qvi in corde ex naturali spiritu generatur, indeqve per arterias in totum corpus distribuitur, ad vitales actiones edendas.

Animalis est, qvi in Cerebro ex vitali spiritu generatur, indeqve per nervos in totum corpus distribuitur, ad animales actiones edendas. Hunc specie & natura non differre à vitali, placet iis, qvi unum solum ponunt spiritum. Sed ut alimentum novâ coctione novam formam; ita quoque novam denominationem fortitur.

I. Diversa enim sunt organa II. Diverse facultates. III. Diversus generationis modus; ita & hic spiritus specie est diversus à reliquis.

Existentiam igitur spirituum animalium atqve efficaciam sensoriam & motoriam vix ullus in dubium vocabit, ne tamen eosdem gratis admittere videamus, his stabilitum imus argumentis:

quia primò in Corpore animali ejusmodi Phænomena observantur, motus nempè sensus & conceptus, qvi à fluidis partibus reliquis, multò minus solidioribus proficiunt haud poterant;

deinde ipsa cerebri atqve nervorum conformatio & structura singularis peculiarem illo-

Exi-

sientia

Spiri-

anima-

lium

proba-

surpri-

mò.

Secun-

dū.

illorum actionem & usum commendat,
qualem nullam aliam quam spirituum a-
nimalium productionem atque dispensa- *Tertio.*
tionem observamus. Quia *Tertia* partium
harum actione intercepta v. c. à vulnere
compresso aut enormiore, ligatura &c,
eadem subito evanescunt atque pereunt. *Essen-*
Essentiam eorum quod attinet, hujus do- *tia eo-*
ctrina insigne difficultati immersa videtur, *rum,*
cum propter summam sui subtilitatem
sensus nostros fugiant, ex eff. cibis vero
illorum formalitatem si determinare at-
tentaremus, vix aliquid in rerum natura
occurret, quod illam per omnis æmule-
tur. *Conceptu* licet satis generale negoti-
um complecti videntur ii, qui eos defi-
niunt partem corporis tenuissimam &
nobilissimam; multas tamen lites sub-
terfugiunt; quas variae Philosophorum
hypotheses contestari coguntur; vel ubi-
rius: *Spiritus* animales sunt tenuissimæ
& agilimæ sanguinis particulæ, instar va-
poris subtilissimi inde sinenter & in ma-
ximâ copia in cavitates cerebri per an-
gustissimos meatus excusse, ubi à cras-
sioribus sanguinis partibus, tanquam per
cribrum separantur, inque nervos & mu-
sculos totius corporis inde diffundunt.
Quid
Spiri-
tus a-
nima-
les.

Generantur autem hi spiritus animales,
ut omissa & circumcisā sententiārum
multitudine paucis discamus, in substantia
& cavitatibus Cerebri. Ipsa enim Cerebri
substantia spiritus vitales exhalantes assu-
mit & in animales convertit. Substantia
Cerebri sui generis est, ac peculiaris,
quod cum praeipuum generationis spiri-
tuum organum ipsa Cerebri sit substan-
tia, & vero haec ab omnibus aliis diversa,
hanc nulli communem esse decuerat,

Lib. 10. differente Celeb. Spigelio. Dubitat circa
cap. 8. assertum hoc BARTHOLINUS cum STE-
RATIO- NONE, qui in dissertatione quadam per-
nes argumenta diversa non levia, an omnes
Bar- animales functiones à solo Cerebro proflu-
thol. deant, nec pars eorum spinali medulla tan-
medulla quam prime scaturigini adscribenda sit?
spinali dubitat? Quatenus (1) moles cerebri in
propo- piscibus exilis, paucique hinc emanent
nuntur nervi (2) plures eorum e spinali medulla
prodeant, quam qui sub cerebro sedam
medullam spinalem transire valent. (3) in
piscibus eadem toto spinae tractu medul-
lae crassities, nec propè caudam attenu-
etur. (4) in animalibus reliquis circa
lumbarem regionem ea magis crassescat.
(5)

(5) in avibus eodem loco cavitas thom- atque
boidalis reperiatur. Verum pensanti ac- brevi-
curatius omnes circumstantias mox pa- ter sol-
tebit subtilissimum STENONEM hic non vuntur
disputare de cortice et medullari Cere-
bri Substantia, sed de cerebro toto ac
medulla spinali tota: adeoque promte
largimur medullam spinalem pariter ac
cerebrum confectioni spirituum anima-
lium litare, minimè tamen ratione me-
dullaris sed corticalis substantiae. Cine-
ritia siquidem seu glandulosa illa por-
tio, quæ cortex Cerebri vulgo dicitur,
non tantum hujus superficiem seu am-
bitum exteriorem format, sed interiori
bus quoqve ejus recessibus ita immergi-
tur, ut nomen eqvidem corticalis non
vero glandulosæ substantie mutet, & in
cruribus medullæ oblongatae satis conspi-
cua reddatur: medulla vero spinalis præ-
ter inuolucrum medullare & albicans
mediculum ex rubro cinereum et cor-
tici cerebri simile involvit, striae medul-
lares de se promens, ac nervis superius
descendentibus fibrillas & spiritus access-
torios suggerens. Qvare in piscibus, qvi-
bus exilis admodum cerebri moles con-
tigit, similibusqve animalium speciebus,

v; g: in *Bombyte*, cuius medullæ spinalis singularis & nodosus est apparatus, plus spirituum intrâ spinam quam calvariam elaborari, probabile fit. Convenit etiam inter omnes, illis exceptis quicum *Argenterio*, non nisi unicum spiritum sc. vitalem per corpus rotari credunt, in Cerebro *spiritus animales* elaborari: & quidem ex *sangvinis* & *seri* per carotides & cervicales arterias cerebri substantiæ infusi subtiliore portione. De *usu spirituum animalium* nemo ambigit, illos *sensacionum* ac *spirituum motuum* esse organa, quos enim motus, naturales dictos, naturalibus speciebus in acceptis referunt, illos ab eodem *animali fluido*, contingere in propatulo est: eorum primaria usus sunt *functiones illæ*, quas *animales* vocamus, i.e. ratione quarum Homines reliquis animalibus præstant, atque in *sensitivam* seu *cognoscentem*, *appetitivam* ac *motivam* communiter distinguntur. Pluradabunt *LAURENTIUS* Lib. 8. Anat. c. 12. *FERNELIUS* Lib. 6. Physiol. c. 16. *KYPERUS* Lib. 1. Anthropologiæ cap. 18. *IOH. ANTONIUS DE LINDA* in Coll. Phys. Disp. 49. *AND. VESALIUS* Lib. 5. de fabricâ corp. humani.

*Q. III. An Cerebrum sit Nervorum
Principium et origo?*

In hujus quæstionis veritate indagantur. Errorida & Philosophi & Medici admodum desudarunt, aliquique multa insophi-congrui proposuerunt. Nam qui in ea rum rationem tantum, veluti Ducem, elegerunt, nec sensum testimonio confisi, dam ex foliis animi iudicio singula metiti voluerunt, hi, etiæ præstantissimi essent Philosophi, in eo ramen graviter peccarunt, quod ea quæ sensus falsa esse judicatae, pro veris venditarunt. Ut Peripateticæ, qui nervorum originem cordi attribuerunt, imaginatione forte hac sedudi, quod spiritum vitalem à corde per arterias cerebro communicari, ex eoque spiritum animalēm procreari, qui cerebro & nervis vim moyendi sentiendique confert, cognoscentes a corde sic sensum & motum proficiunt, judicarunt. Quæ sensum neglectio fecit, ut & in aliis vi-ri gravissimi errores non leves commiserint, ut qui potionem in pulmones deferri crediderint: aliquique qui serum ipsum in vesicam transsudare, cum ex inflata vesica acrem unico intercepto meatu, per quem urina effluit, minimè effluere vide-

rum opinio.

rent, existimarent. Uti & illi fuerunt
 hallucinati, qui nullas vias, nulla vasa,
 nullos ductus & meatus in Corpore inda-
 gantes, *Corpus nostrum* adeò perspirabili-
 le crediderunt, ut circa hæc omnia Cor-
 pus permeare & pervadere posse, temerè
 affirmarint. Sed ut ad quæstionis nostræ
 sensum accedamus: Si *Nervorum, venarum*
 & *arteriarum* originem eam esse sta-
 tuamus, a qua, ut a radice vel a cau-
 dice arbores & plantæ enascuntur; ita
 hæc vasa ab illis prius generatis produci-
 & hæc originem trahere velimus, non so-
 lum in nervis hoc minime fieri, nec èos
 ullo pacto a corde sic oriri, sensus judi-
 cabit, sed & in venis & arterijs dubium
 erit, an illæ a corde, venæque ab hepate
 vel a corde proficiscantur. Si enim illic
exortum vasorum esse alleverant, ubi vas
 a principe parte aliqvid deferens primum
 emergit, ac tanquam radice sítissimis de-
 fixum radicibus, substantiæ ipsius inhæret,
 jecur, cui vena cava infinitis propaginibus
 intexitur, cui quoque vena portæ soboles
 innumeræ immergunt, & in quod vena
 umbilicalis in fœtu se inserit, Venarum
 principium erit statuendum. Si verò eam

&

Evolu-
tio Quæ-
stionis.

& Venarum & Arteriarum Originem es-
se statuamus, cui vas exactè continua-
tur, ab eaque divelli non potest, ubi
quoque major ipsius truncus caudexque
existit, cor ipsum, cum ex sinistro ven-
triculo arteriam magnam, ex dextro si-
nu venam cavam promat amplissimam,
ipius substantiæ pertinacissimè cohæren-
tem, indeqve ad hepar descendantem, Cor
uti arteriarum, sic & venarum erit prin-
cipium. Uti & duorum aliorum vasorum
permistæ naturæ, veluti vñæ arteriosæ, &
Arteriæ venosæ, qvæ quoque ab ipsius sub-
stantia emergunt, atqve per pulmones di-
sperguntur. Qvæ certe à pulmonibus,
etsi multis ramis substantiæ ipsorum in-
hæreant, si illic, ubi radices hæ sunt, o-
rigo ipsorum effet statuenda, quod ta-
men haud verisimile, exortum traxisse
oporteret, uti neqve emulgentes, etsi per
renum substantiam & vñæ illæ & ar-
teriæ ferantur, nec venas mesentericas,
qvæ lienis substantiam perreptant, à reni-
bus aut liene enatas quisquam judicabit.
Adeò ut, si vel hepar vel cor, venarum &
arteriarum principium esse ponamus,
multæ occurrant difficultates, cum in
hepate nulla insignis deprehendatur ar-

teria, & venarum tantum rami, non caudices eò desinant. In corde vero, et si trunci & caudices horum vasorum illi adnascentur, cum tamen substantia illius cum hisce vasis nulla sit similitudo, & vena magna, quæ indè evanescitur, non pulset: Dein cum & vas umbilicale, & vena portæ nullibi eorū attingant, cor venis originem minime præbere, constabit. Cæterum in tanta opinionum ambiguitate, ut certi quid cognoscatur, hac via id facilime fiet, si quo pacto in prima scetus formatione, singulæ partes, & quæ primo, & quæ posterius generentur, diligenter consideremus, quod cum non aliter sensibus deprehendi queat, quam per Anatomiā, Medicorum scho-
Forma-
tio Fa-
tus in
utero.
Facul-
tas Ge-
nera-
trix.

tas ingrediamur. Posteaquam semen utriusque parentis secundum utero conceptum est, prius, quam formam aliquam absolutam partes, quæ ex eo generantur, consequantur, sanguineque nutriantur & increscant, quæ primo fere mense perficiuntur: exlurgit primum vis illa procreatrix in semine latens & recondita, ac insigniores seminis portiones, quæ à tribus parentum principiis defluxerunt, in tres quasi bullas, spiritibus turgentibus, dis-

disponit, qvæ Cerebri, Cordis, & Jecoris sunt rudimenta, in corporeculo exiguo conclusa, reliquasqve illi adhaerentes portiones, in artus illiqve adnata membra ruditer segregat, qvæ prima septimana ferre perficiuntur, ita, ut rursum rejecto per abortum Embryone, informis talis massula, ex semine veluti concreta, rotunda & convoluta, tribus hisce bullis distincta apparet. Qualem a Pfahria illa, qvæ per vim saltu impetuoso aborum sibi conciliarer, se observalle scripsit Hippocrates. Atque hæc, uti prima septimana, facultas illa generatrix molitur in semine; sic & mox eadem vi partes crassiusculas, qvæ in ossaabituræ sunt, tenuissimaqve filamenta, qvæ nervis, venis, & arterijs materialm suppeditant, latissulaqve, qvæ fœtum ambientia involucra, membranæqve & tunicae futuræ sunt, certis locis segregat atque discernit. Postmodum ad trigeminum *Conformatum* usqve diem, conformatrix facultas, ultius opus aggrediens, solidarum partium conformatiōnem ex semine tantum instituit. Atque inchoata prius principia, Cor jecur, Cerebrum propria figura exornat, mox & nervi effunguntur, Vena & Arteriæ excavantur, omnes in fœtus umbilicis

cum deducitæ, a qvo duplarem, qva involvuntur, membranam pervadentes, matris uteri venis continuantur, atqve osculis adhaerent. Eademqve opera cum & membranæ foetus involventes firmantur, uti & reliquæ membranæ. Viscera item interna robur nascuntur: Cutisqve omnia integens concrescit, Ossaqve figuram aliquam & duritatem sensim acquirunt. Quæ omnia ex puro utriusqve parentis semine tantum perficiuntur, nullo adhuc affluente sanguine, nondum autem amplificato fœtu, neqve rubore aliquo perfuso. Hisce sic primò formatis, à trigesimo demum die partes hæ nondum adauitæ, nutriti, carne fulciri, atque increscere incipiunt. Et à matre sanguinem in hunc usum haurire, qui per secundinas, fœtus umbilicum transiens, hepatis illius infunditur, atque indè per venas tum portæ tum cavam, ad partes dispersus, illarum undique fibris accrescit, ipsarumqve capacitates, qvæ inanes erant, sensim carne implet, atqve partes sic adauget, qvod & in musculis, tum aliis visceribus natura molitur, pictorum exemplo, qui primum imaginem rufibus lineamentis adumbrant, mox variis colori

coloribus illustrant, perficiuntque. Atque
uti hæc duobus mensibus, enarrato mo-
do, natura efficit, sic tertio longe adhuc
hæc magis conspicua apparent, adeo ut
tunc quoque, et si embryo vix digitum lon-
gitudinem superet, nulla pars tam ex-
igua sit, quæ non jam formam suam ex-
primat. A quo tempore donec fœtus ad
perfectum complementum perveniat, at-
que ad partum absolutus & maturus fiat,
partes formam perfectionem atque incre-
mentum capiunt, aliæ citius, aliæ tar-
dius, & plus minusve perfectæ, prout fœ-
tui, dum in utero inclusus est, vel post-
modum demum, ubi in lucem prodiit, in-
servire debuerunt, informantur, absolu-
vunturque. Nam cum magna sit partium,
functionis causa varietas, atque ex illis
aliqæ, dum fœtus utero inclusus est, li-
terat formatæ sint, otiosæ tamen delite-
scant, aliæ v. statim opus suum aggre-
diantur, sit, ut illæ citius, aliæ tardius
formam absolutam consequantur. Ut au-
tem hoc magis fiat conspicuum, ex fa-
cultatum, quibus fœtus, dum in utero est,
gubernatur, indeque prodeuntium functi-
num enarratione patebit. Fœtum ab ini-
tio ex semine recenter conformatum.

Se-

Seri sive sanguinis duntaxat beneficio nutriti, haud secus, ac stipes terræ succo & calore nativo vivere, certum est. Postea & spiritu vitali accedente, animalium instar vivere, & postremò etiam moveri & sentire. Cæterum hæ facultatum functiones, cum certis instrumentis ad eas obeundas indigeant, atque fetus partes principes, ob exilitatem hisce suggerendis non sufficient, illiusque jejunum minutum aut venæ minimæ, sanguinis eam quantitatem, quam fœtus, ut augeatur, admodumque increbat, requirebat, producere nequeat; Cor item exile, spiritum vitalem abunde & affatim subministrare non possit: aliunde fœtum & sanguinem ad nutritionem, & spiritum ad vitam sustentandam, quam ab hisce organis haurire, necesse erat, à matris nimirum uteri venis, sanguinem, & arterias spiritum alliciendo, idque per venas & arterias proprias umbilico insertas, indeque venâ umbilicali ad fœtus hepatis, arteria ad crurales arterias derivatas, atque sic per hanc viam universo fœtus corpori subministrando: à quo materno sanguine & ipsius fœtus hepatis, uti cæteræ partes aluntur & infaciuntur, matrisq; spiri-

spiritu vitali cor ipsum fœtus vitam primum cum cæteris partibus accipit, ab eo demque spiritui animali quoque materia suppeditatur. Pulchè sic disponente Naturâ, ut homo non ex se ipso, sed ex parentum semine primo conformetur, caloremque nativum accipiat, atque inde à matre alimentum, vitam & spiritum desumat, donec eo perfecto & genito, atque a matre excluso, ad sui nutritionem, vitam, sensum & motum propriis utatur organis. Ex quo patet fœtus ipsius hepatis, uti & cor dum in matre continetur, cum neque illud sanguinem generet, neque hoc spiritum vitalem procreet, proprio munere nondum fungi; Ut & Cerebrum, quod ad quartum fere mensem otiosum esse, cum fœtus prius non moveatur, nec ante partum sentiat, experientia comprobatur. Quo tempore etiam reliqua viscera opus proprium nondum aggressa sunt, neque enim ventriculus chylum conficit, nec pulmones spirant, occlusis exactè tunc naribus atque ore. Oculus quoque non videt; Auris non audit, nec lingua gustum ullum percipit. Tantum igitur vasa postquam fœtus increscere incipit, Venæ primum, indè arteriæ,

riæ, tardius nervi, illæ sanguinem matris deferentes, aliæ spiritum advehentes, hi tandem motum præbentes, munus destinatum exeqvuntur, cum reliqæ rotius corporis partes interea in actum, opus suum minimè producant.

Jam si ad functionem exeqvendam instrumenti forma perfecta reqviritur, qvis dubitabit, Venas primum excavari, perfici, atqve absolutam formam conseqvi, Jecore etiam nondum integre perfecto, nec dum qvicqvam efficiente. Ut et vera nullum vas in fœtu magis manifestum latumqve ab initio, qvam vena umbilicalis cernitur. Dedit hoc occasio nem qvibusdam, ut hepar ipsum a venis pronatum, non venas ab hepate, hisce permotis, pronunciarent, Securqve nihil aliud esse, qvam implexum venarum infinitum, cui concretus sanguis obnascatur. Sic quoqve arteriæ formantur spiritum qvæ vitalem a matri arterijs haurientes, deducunt & pulsant, anteqvam cor ullo modo moveatur: neqve enim illud, ad quod aeri non patet aditus, nec prius, qvam respirare queat, per systolen contrahi aut dilatari potest, donec fœtus a membranis, qvibus obvolutus erat, li be.

beratus, atque aqua, cui immersus erat, in partu segregatus, & in lucem editus, per nares aerem attahat, tunc enim cor pulmonesque eum suscipientes, primum moveri, infansque modo natus respirare incipiunt. Ex quibus satis patet, & hepar & cor non prius, quam intans in lucem editus sit, functiones suas obire, quod venae & arteriae, dum adhuc in utero latet, in eo moliuntur, nec hepar ipsius prius sanguinem, donec infans cibetur, conficeret, nec cor pulmonesque, donec respirare aeremque haurire incipiat, ullo modo moveri. Cerebri alijs fœtus longe alia est ratio: cum enim hoc Cere non tantum materiam aliquam, ut hepar, brum, vel spiritum, ut cor, sed & propriam substantiam, dorsalem sc. medullam, & nervos, undique ad sensum & motum conferendum transmittat, a matre haec in fœtum minime derivari potuerunt: sufficiebat enim matri, sanguinem quo abundabat, & qui in non gravidis per menses expurgatur, & proinde ad proprii corporis alimoniam minime opus habeat, pro fœtus alimonia, uti & spiritum vitalem, conferret. Verum partes solidas, ut sunt Nervi, de suo corpore, fœtui subministra-

re minime potuit, sed fœtus eos à proprio ipsius cerebro promit, atque cum cerebro hi & augeantur, & cum illud aliquousque excrevit, etiam aliquo pacto vires exerunt, motumque aliquem fœtui, sed levem saltem, dum ille adhuc utero inclusus gestatur, confert. Unde & cum Cerebri structura tardius perficiatur, serius, & non ante medium uteri gestationis tempus, motus fœtus persentitur, donec nonnihil adacto & confirmato cerebro, quod, cum partus instare incipit, accidit, fœtus validiore motu, se ex *sphaericā* figura sponte extendens, ad exitum in partu invertit & accommodat. Sed & in lucem editus, principes animæ functiones, donec ad molem convenientem cerebrum excreverit, non nisi leviter exerit, nec rectè ratiocinari reminisci potest. Quod post infantiam primum, ubi aliquousque excreverint, aliis serius, aliis citius, prout cerebrum illorum plus minusve perfectum existit, accidit. Ex jam enarratis veris argumentis, quibus sensus ipse adstipulatur, videatur colligi posse, frustra aliquos se excruciare, qui de exortu venarum & arteriarum nervorumq; ita differunt, ac si

hac

hæc vasa à principibus partibus, hepate, corde & Cerebro, prius genitis, demum enalcentur, expulluntur, & per corpus dispergerentur, veluti ex caudice arboris rami & radices propagantur. Cum ex his, quæ diximus, potius verisimile videatur, omnes partes in prima foetus conformatio-
ne simul gigni, venasque & arterias citius, quam ipsarum partes principes perfici, functionesque edere: nisi forte aliter, dum de origine harum loquuntur, eam intelligent atque interpretentur. Et au-
tem Nervus pars similaris corporis ani-
mati, à cerebro aut spinali medulla ex-
orta, interiori parte medullaris, exteriore
membranea, continendo ac deducendo
spiritui animali dicata. Communiter Septem
septem nervorum paria à Cerebro deri-
vantur, quam hoc disticho comprehensa-
sunt:

*Optica prima; oculos moveat altera; ter-
tia gustat; Quarta tactus; Quinta audit; vaga sexta est;*
Septima linguae.

Licet recte moncant accuratores Physiologi numerum hunc insufficientem esse. Nervi enim Olfactorii, qui etiam à cerebro Calvariae inclusi trahunt ortum,

*Quid
Nervi?*

*paria
nervo-
rum à*

Cerebro

*prove-
nire*

*vulgo
credun-
tur.*

male omitti sunt. *Paria* autem dicuntur, quia utrinque prodeunt, & qvivis comparem babet. Ita differit cerebri felicissimus FELIX PLATERUS in de Origine Partium, quem ut solidiore rerum harum scientiā imbūtum, in exponenda qvæstione hac intricata, absqve rubore nata mōdo secuti sumus. *Lucem bisce paucissimis quoqve dabunt SPERLING. RIOLANUS. KIPPING. ARANTIUS. SPIGELIUS. CURVÆUS.* in peculiaribus suis Tractat. *De formatione Fatus in utero.*

SECTIO III. ΑΞΙΩΜΑΤΙΚΗ

Axiomata Quædam e presenti materia emanantia enarrabit, quæ simplicissimo huic discursui ultimam manum imponent.

I. Cerebri Medulla substantia fibrosa atqve tubulosa est.

Ex Georig.

Medullosa Cerebri substantia Veteribus revera medullaris texture credita, Neoterorum sedutitati longe aliam exhibuit faciem, anatomen comparativam, ut œconomie animalis investigandæ instrumentum appropriatum, admittentium. Observatur enim bac corporis callosissimum medulla-

ris

vis compages fibrosa; seu ex funiculis & canaliculis exilissimis congesta, continuis sc. glandulis corticalibus, seu ab his tanquam totidē vascula excretoria eminantibus.

II. In Cerebro non æqvè velociter moventur spiritus ac in nervis.

Ex. Georig.

Spiritus animales lento satis fluxu in cerebri & cerebelli medulla moveri certum est, nisi forsan ab appetitus aut voluntatis nutu impetum extraordinarium suscipiant, usque dum ad tractus medullares, ab illa emanantes, se in nervorum principia magis distincta devehantur, in quibus velocitatem ac novum quasi impulsu acquirunt. Partim quod ex spatiis latioribus ad angustiores nervorum tubulos seu fibrillas deriventur, observata eadem motus quantitate: partim quod a spiritibus ex medulla oblongata substantia confluentibus & accessoriis novum imperium recipiant, pari forsan ratione ac rivulorum duorum in unum alveum confluentium alter alterius motum suo intendit seu velociorem reddit.

III. Spiritus animales naturæ sunt aëreæ.

Ex. Georig.

Spি-

Spiritus animales sunt nature aërea i.e.
substantia summe mobilis, vel potius a-
ctu in motu existens, tenuissima & propter
summam sui subtilitatem insensibilis, adeo-
que maxime activa. & secundum Anaxa-
goram, aethereæ materie ænula i.e. ex
corpusculis sphaericis congesta.

IV. Spiritus animales in dormien-
tibus non cessant ab omni motu.

E'κ θεοις

Non audiendus est Willius, quando Phar-
maca hypnotica pensum suum, quodam
spirituum animalium perimendo, proflui-
gando seu extingvendo, perinde fere ac flam-
ma affusa aqua coaceatur, absolvere ait:
& verosimilia sunt, quæ Lucretius canit:
--- Cinere ut multo later obrutus ignis
Unde reconstari sensus per membra repente
Posset, ut ex igni cæco consurgere flamma.

Et in dormientibus spiritus minime ex-
tingvi aut dissipari, præter bac, quæ de
sensus interni functionibus, somni tempo-
re integris evidens fit, quod ex profundis-
simo non raro somno vel clamoribus, plus
minus vehementioribus, ostij pulsatione
aut rudiore concrebatione repente exper-
giscimur, non laffi aut molles, sed ad motus
magnos & freqventiores præstandos, ad

hostem & fures ejiciendos robustissimi &
agiles satis, nibilq; in nobis obseruemus,
quod spirituum penuriam vel corporem
ostendat. Adeoq; probabilius est instar i-
gnis sub cineribus gliscentes illos se ha-
bere, eorumq; tendentias pacatores &
blandiores tantum esse tempore somni,
ita ut ad pristina munia alacrius quo-
que somno excusso se recipiant.

V. Nervi omnes à Cerebro.

E' n. Ieorg.

Habene enim nervi cuncti cum medulla
spinali idem principium, cum hec nibil a-
liud, quam fibrillarum nervearum infini-
tarum fasciculus sit, atq; totidem nervi,
quotquot ad remotiores quoq; corporis
partes abire debebant, in cerebri medulla-
ri substantia distinctè radicentur, & sepa-
rata inde initia petant; hec tamen dis-
paritatem, ut eorum nonnulli à medulla
elabuntur, sicutim ac crura ejus coie-
runt, id est, intra calvariam illius ad-
hue existit caudex; alijs vero sub hujus in-
volucris dintius immersi longius per spi-
nam feruntur, priusquam inde proger-
minantes per interstitia vertebrarum di-
stinctim propellulant. Nulli tamen eorum,
propriè loquendo, ex spinali medulla, sed
mnes ex oblongata, antiquam calvariam
desca-

deserat, aut cerebro potius prodeunt, ut
poterit quae nihil aliud est, quam staminum
medullarium numerosa congeries.

VI. Nervorum alij duriiores alij molliores sunt.

Ex Georig.

Quamvis fibrille medullares omnes,
quamdiu intra cerebrum & medullam ob-
longatam atque spinalem sunt, eodem
substantiae modo gaudent, cerebrique
medullaris portio aequaliter ubique spissi-
tudinem seu consistentiam obtineat: obser-
vantur nihilominus nervorum alii duri-
ores alii molliores: hi sensuum exercitii
destinati v. c. Olfactorii, optici & audi-
torii molliores: istius generis plures mo-
tui & sensibus simul destinati. Causa
Phenomeni hujus est disparitas a substantiae
modo illo, quem dum medullam oblongatam
elabuntur, aut recipiunt, aut demum susci-
piunt. Id est, supponere ticeat differentiam
inter fibras nervorum primas & radi-
cales, secundas & nervos ipsos: quorum ita
lae eadem omnes gaudent molitie, haec dis-
pari, per consequens nervi
quoque ipsi.

Grandia conentur grandes: mihi
parva locuto
Sufficit in laude cedere cuncta DEL.